

GUIDONIS MAGNI DE  
Monte Philosophi Græci Discipuli  
Anonymi Tractatulus

seu

Descriptio Philosophici ADROP. Quænam  
sit ejus Species, & quomodo debeat elabo-  
rari & præparari

PRÆFATIO ET INSTRVCTIO  
ad Lectorem.

**A** Vrea SPIRITVS SANCTI verba ex ore SAL-  
VATORIS nostri prolatæ sunt: Quæcumque vo-  
lueritis ut vobis faciant homines, eadem & vos ipsis  
facere debetis. Cum itaque nemo sit, qui non à  
damno cupiat præmoneri, officio Christiano hic mihi satis  
faciendum esse putavi, quo non solum proximi commodum  
promoverem, verùm etiam damnum ejus in Philosophia  
Hermetica studio excolendo, quantum fieri potest averte-  
rem. In hunc finem, ne quis ex Philosophorum Mercurio  
sinistrè intellecto inutiles faciat sumptus, instructionem  
aliquam, loco præfationis, huic tractatulo ad melius in-  
telligendum ADROP Philosophorum, prætermittere visum  
fuit. Quare sciendum est, quod Mercurius verorum Al-  
chymistarum non est Mercurius vulgi nec alicujus corpo-  
ris ex Metallis, sed est omnium istorum principium & ra-  
dix: non est corpus metallicum sed spiritus metallicus  
essentialis & temperatus in qualitatibus suis. Est in-  
quam tantum subtilis, clara, pura & æterna substantia  
Mercurii, Sulphuris & Salis. Est Mercurius Solis &  
Luna.

Nam